



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita compendiosa Sancti Iohannis Chrysostomi, Patriarchæ
Constantinopolitani. Capvt CXCI.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

haberet vnde illam operiret, ingressus urbem de quadam inuenit Anatolium, qui cognominatus est curuus, Seleucia & Antiochia vnum ex primarijs, sedentem extra domus suae limen, dixitq; ei: Fac Domine charitatē, & da mihi ligna modica, vt tegam cellulam meam. Ille verò maximè indignans ait illi: Ecce lignum tolle & discede, ostendens illi trabem maximā, quam habebat iacentē ante domum suam, de qua facta esset arbor nauis onerariae quinquaginta millium. Ait illi Abbas Brochas: Benedic & tollā illud. Dicit ei rursus Anatolius stomachās. Benedictus dominus. Apprehendit ille trabem, solusq; leuauit de terra, & imposuit humeris suis, abiitq; cum illa ad cellulā suam. Stupore autē percussus Anatolius in eo quod factum fuerat, insigni praelarōq; miraculo, largitus est ei lignum illud, ex quo nō solum cellulā suam operuit, sed & alia plurima ministeria exercuit.

*Vita compendiosa Sancti Iohannis Chrysostomi,
Patriarcho Constantinopolitani.*

C A P V T C X C I.

Dicebant de Sancto Ioanne Constantino
Constantiniano Archiepiscopo, qui iuste & dignitatem pro puritate doctrinae, & splendore reuerentissimi eloquij Chrysostomus cognominatus est, quod ex quo salutarem baptismum accepisset nūquam omnino iurauerit, neq; aliquem iuratum compulerit, neq; mentitus sit, neq; alicui vnquam maledixerit, neq; scurrilia locutus sit, neq; iocos admiserit.